



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. V. De Scholis Sacræ Scriptura, & linguæ Hebrææ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

## S E C T I O V.

De Scholis Sacre Scripturæ, &  
Lingue Hebreæ.

Studia Sacra  
Scripturae quan-  
ti facienda, &  
quibus deman-  
danda.

o C 13 D 15 &  
St. R. Prov. 5.

Professorum  
obligationes.

p P 4.C.5. §.5.  
& R. Prof. Sac.  
Script. 1.2.

Virtus lingue  
Hebreæ, & à  
quo hac traden-  
da.

1. S tudia Scripturæ Sacræ summo in  
pretio semper in Societate habita,  
codem in posterum loco esse debent; cum  
hæc sacra eruditio Anima ipsa veræ Theo-  
logiæ dici queat; summèque necessaria sit  
ad Ministeria propria Societatis. Quapropter  
Provincialium erit hujusmodi studia  
strenuè promovere: quod perficiunt; si vi-  
ros ad id munera elegant, non solum lin-  
guarum peritos, sed etiam in Theologia  
scholastica, ceterisque scientiis, in erudi-  
tione, & eloquentia benè versatos.

2. Hi porrò intelligent suas esse partes,  
Divinas literas, juxta germanum, litera-  
lemque sensum, & qui rectam in Deum  
fidem, bonorumque morum instituta con-  
firmet, piè, doctè, graviter, explicare. At-  
que inter cetera illud præcipuum sit; ut  
versionem ab Ecclesia approbatam defen-  
dant. p Præter hæc quid à Professore S2-  
cræ Scripturæ servandum sit, in ejus Re-  
gulis exponitur p. 43. in Rat. Stud.

3. Et quia eadem Theologiæ Doctrina,  
ejus-

et usque usus exigit etiam Hebraicæ linguæ cognitionem; hujus idoneus Professor constituetur, idem, qui & Sacré Scripture, si commodè possit, aut saltem sit Theologus. q P. 4. c. 6. §. 3.  
Optandumque, ut esset etiam linguarum & c. 12. §. 2. & c. peritus, Græcæ scilicet, Chaldaicæ, & Sy- St. R. Prov. 7.  
riacæ. q

4. Is autem nihil antiquius habeat, quam ut prima ipsa sanctæ Scripturæ verba perquam integra Fide interpretetur; & versionem ab Ecclesia approbatam defensat. Tum verborum vim potius, quam sententiatum expendat. Quare adhibeat etiam explicationem Grammaticæ, & linguae asperitatem emolliat. r R. Prof. lin.  
Hebr.

## S E C T I O VI.

## De Scholis Theologie Moralis.

i. Præter Theologiam Scholasticam tradenda est Positiva; quæ scilicet complectitur Concilia, Decreta, Doctores Sanctos, & res alias morales, seu casus conscientiæ: non attingendo tamen eam partem Canonum, quæ foro contentioso inservit. s Immo hæc Lectio casuum conscientiæ in Collegiis communiter habenda esset. t Quin etiam in singulis Domiciliis

*Hæ Schola ubi  
constituenda, &  
de qua materia.*

s P. 4. c. 5. §. 1.  
& B & c. 12.  
t 1. & c. 14. §.  
1. & C.

A a 2 con- t P. 4. c. 7. B.